



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Titvli Capitvlorvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

CONCILIVM COYACENSE  
ANNO  
CHRISTI  
1050.

PRO REFORMANDIS MORIBVS ECCLESIAE  
in diœcesi Ouetensi æra M LXXXVIII. id est anno  
Christi M L. celebratum sub Ferdinandō rege primo  
Castellæ, qui cognominatus est Magnus, tempore Leo-  
nis papæ IX.

TITVLICAPITVLORVM.

- I. *Vt episcopi & clerici munus suum rite obeant.*
- II. *Vt abbates & monachi suis obedi- diant episcopis.*
- III. *De iure ecclesiarum, & vesti- bus clericorum.*
- IV. *De pænitentia adulteris, in- cestis, &c. imponenda.*
- V. *De ordinandis: & ne presbyte- ri ad nuptias edendi gratia eant: & de illis qui defunctorum con- uiriis affiſſunt.*
- VI. *Vt vespere sabbati omnes ab ope- receſſent: & cum Iudeis non ha-*
- bitent, nec cibum cum eis ſumāt.
- VII. *Vt populus a potentibus cum iuſtitia regatur.*
- VIII. *De legibus quibusdam Al- phonsi & Sancii regum obſer- uandis.*
- IX. *Quod ecclesiastice veritates triennio non includantur.*
- X. *De eo qui contentiosum fun- dum coluerit.*
- XI. *Vt omnes die Veneris ieunium obſeruent.*
- XII. *De asyli iure ecclesiis concesso.*
- XIII. *De iure regis.*

DECRETA FERDINANDI REGIS, ET SANCIÆ  
reginæ, & omnium episcoporum in diebus eorum in Hispa-  
nia degentium, & omnium eiusdem regni optimatum, æra  
M LXXXVIII.

P RÆFAT I O.

**I**N nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Ego Fer- dinandus rex, & Sancia regina, ad restaurationem no- stræ Christianitatis fecimus Concilium in caſtro Coya- ca, in diœcesi ſcilicet Ouetensi, cum episcopis, & abba- tibus, & totius regni nostri optimatibus. In quo Conci-ilio præſentes extitere Froilanus episcopus Ouetensis, Cy- prianus Legionensis, Didacus Asturicensis, Syrus Palen- tinæ ſedis, Gomes Viſocensis, Gomezius Calaguritanen- fuis, Ioannes Pampilonensis, Petrus Lucensis, Cresconius Iriensis.